



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Canisius ortus octauo Maij. Anno M.D.XXI. Nouiomagi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515



7

DE VITA ET RE- BVS GESTIS P. PETRI CANISII, E SOCIETATE IESV.

L I B E R T R I M V S.

Petrus Canisius religionis Catholicæ ingens per Borcales Provincias in summa temporum difficitate columen, perque easdem Societatis I E S V propagator, & lumen, doctrina vir, incertum, an sanctitate maior, anno salutis humanæ M. D. XXI. ortus est: quo anno beatus Ignatius Loiola, Societas I E S V parens, ad seueriorem vitam conuersus ad militiam sacram ab profana transiuit. Archangelorum Principi Michaëli dedicatum diem octauiodus Maias natalem sortitus est, nempe ut eundem cœlestium copiarum Ducem ad prælia Do-

*Canisius or-
tus 8. Maij
anno 1520.*

B mini

De vita P. Canisij

mini prælianda auspicem, & patronum haberet.

Nouiomagi. Nouiomagum patria fuit, Prouincia Geldriæ, quā
olim Sicambriam dictam volunt, primaria ciui-

tas. Parens vterque & diues opum, & splendore ge-

neris clarus, & religionis sincero cultu nobilis. Ia-

cobus Canisius Patri, Ægidia Hoonvingana

Matri suere nomina. Ex utroque Petrus præclarum
indolem hausit. Namque Jacobus eloquentia in-

primis, prudentiaque juris ciuilis, ad hæc morum

grauitate, rerumque agendarum industria claruit.

Quæ propter ornamenta primum euocatus à Lo-

tharingiæ Duce, qui Geldriæ Ducis sororem habe-

bat in matrimonio, liberorum eius institutioni

præfectus, & inter consiliarios cooptatus est. Dein-

de reuersus in patriam non modò primos Nouio-

magi honores meruit, sed pene perpetuum Con-

sulatum gessit. Idem unus omnium in Prouincia

conuentibus legebatur, qui grauissima quæque

cum Principibus negotia totius Geldriæ tractaret:

interque cætera momenti haud vulgaris rectè ad-

ministrata munera, præcipuus autor, siue inter-

pres memoratur fuisse fœderis sanciendi inter Ca-

rolum Quintum & Guilielmum Sicambriæ, Cli-

uiæ, aliarumque circa regionum Principem. Ægi-

dia

Petro Iaco-
bo Canisio.